a fiume

fugientibus

n. dicit quia

illud pīus

pentes fīgū



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA  
GREDOS USALES

## Pomponii Melæ.

pelagus & magnis æstibus concitum: ita enim motus eius appellant: modo inundat campos: modo late nudat ac re fugit. Nunc alios aliosq; in uicem, neq; alternis accessibus: nunc in hos: nunc in illos impetu uersum: sed ubi in omnia littora: quāuis diuersa sint terrarum insularumq; in me dio pariter effusum est. Rursus ab illis colligitur. In medium & in se met ipsum redit. Tanta ui semper immisum: ut uasta etiam flumina retroagat: & aut terrestria deprehendat animalia: aut marina destituat. Neq; adhuc satis cognitum est an helitu ne suo id mundus efficiat: retractatq; cū spiritu regerat undam undiq;: si ut doctioribus placet: unū animal ē: an sint depresso aliqui species: quo reciproca maria residant: atque unde se rursus exuberantia attollant: an luna causas tantis meatibus præbeat. Ad ortus certe eius occasusque uariantur: neq; eodem assidue tempore: sed ut illa surgit ac demergitur: ita recedere atque aduentare com perimus. Huc egressos sequentesque ea: quæ exeuntibus dextra sunt: æquor atlanticum & ora bætica fontis excipit quæ nisi q; semel iterumque paululum in se met abducitur usque ad fluuium anam pene recta est. Turduli & bastuli habitant. In proximo sinu portus est: quem gaditanum: & lucus quem oleastrum appellant. Tum castellum Ebo ra in littore. & procul a littore asta colonia. Extra Iuno nis ara templumque est. In ipso mari monumentum Geryonis scopulo magis: q; insulæ impositum. Bætis ex terraconensi regione demissus per hanc fere mediā diu: sicut nascit: uno amne decurrit: post ubi nō lōge a mari grādē

## Liber Tertius.

lacum facit: quasi ex uno fonte geminus exoritur: quantumque simplici alveo uenerat: tantus singulis effluit. Tum sinitus alter usque ad finem prouinciae in flectitur: eumque parua oppida ollitingi. Ossonoba cōtingunt. At lusitania trans anam qua mare atlanticum spectat: primum ingenti impetu in altum abit. Deinde resistit: ac se magis etiam q̄ betica abducit. Quia prominet bis in semet recepto mari: tria prmontoria dispergitur. Anæ proximum quia lata sede procurrens paulatim se ac sua latera fastigiat: cuneus ager dicitur: sequens sacrum uocant. Magnum quod ultius est. In Cuneo sunt myrtiliæ balsa, ossonoba. In sacro la cobriga: & portus Annibal. In magno ebora. Sinus inter sunt: & est in proximo Salacia. In altero ulyssipo. & tagi ostium amnis aurū gemmasque generantis. Ab iis promontoriis ad illam partem: quæ recessit: ingens flexus appetitur. In eoque sunt turduli ueteres: turdulorumq; oppida: amnes autem in medium fere. Manda ultimi promontorii latus effluēs: & radices eiusdem ablueens Durius. frons aliquandiu rectam ripam habet. Deinde modico flexu accepto mox paulum eminet: tum reducta iterum iterumque recta margine iacens ad promontorium: quod celticum uocamus: extenditur: totam celtici colunt: sed a durio adflexum gronij Fluuntque per eos Auo, celandus. Næbis. Minius & cui obliuionis cognomen est Limia. flexus ipse Lambriacam urbem amplexus recipit fluuios. Iæros & illam partem: quæ prominet: præsamarchi habitant: perq; eos Tamaris & Sars flumina non longe orta decurrunt.

a. Onoba  
2 Vadiang

Dix hodie  
Sancti uini

flexus int  
qui est int  
gnum prom  
limb. B. Ce  
qd. di fin  
xxv

Vadiang. si  
cato corru  
Cotuca &  
8. auo ce

musp. a pri  
lsp. qno  
musp. tib

Liber Tertius.

mo nihil progressa in altum: mox tantumdem pene in pelagus excedens quantum retro hispania abscesserat: canticis fit aduersa terris: & gradii circuitu afflexa ad occidente littus aduertit. Tunc ad septentriones conuersa iterū longo rectoque tractu ad ripas rheni amnis expanditur. Terra est frumenti præcipue & pabuli ferax: & amœna lucis immanibus. Quicquid ex satis frigoris impaciens est ager nec ubique alit: & noxio genere animalium minime frequens. Gentes superbae: superstitiones. aliquando etiam immanes adeo: ut hominem optimam & gratissimam diuisi victimam crederent: manent uestigia ueritatis iam ablitæ: atque ut ab ultimis cædibus temperant: ita nihilominus ubi deuotas altaribus admouere delibant. Habent tam & facundiam suam. magistrosq; sapientiae dryudas. Hi terræ mundiq; magnitudinem & formam: motus coeli & syderū ac quid dii uelint: scire profitentur. Docet multa nobilissimos gentis clam & diu uicenis annis in specie aut in abditis saltibus. Vnum ex iis quæ præcipiunt. i uulnus effluit: uidelicet ut forent ad bella meliores aternas eē animas uitamq; alteram ad manes. Itaq; cum mortuos cremant ac defodiunt: apta uiuentibus olim negociorum ratio etiam & exactio crediti deferuntur ad inferos: eratq; qui se in rogos suorum uelut una uicturi libenter immitterent. Regio quam incolunt omnis comata gallia. Populorum tria summa noia sunt: terminanturq; fluuiis ingentibus. Nā a pyreneo ad garūnam aquitaniam: ab eo ad sequanam celtæ. Inde ad rhenum pertinet Belgæ. Aquitanoru

Celtæ. ubi / a. hodie dñe  
gloriæ testebantur  
diano

h

Pomponii Melæ inat Mela. plini lib. 4. c.  
20.

Tamaris secundum Ebora pontum. Sars iuxta turrem Au<sup>b</sup> gusti titulo memorabilem. Cetera super Tamarici neriq; incolunt in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidente uersa littora pertinent: deinde ad septentriones toto late re terra conuertitur. A celtico promontorio ad scithicum: usq; perpetua eius ora; nisi ubi modici recessus ac parua p<sup>r</sup> montoria sunt. Ad cantabros pene recta est. In ea primū artabri sunt: & Ianasum celticæ gentis. Deinde astures. In anno Brigantibus sinu ore angusto admixtum mare: non angusto ambitu excipiens adrobicum urbem & quattuor amnium ostia incingit. Duo etiam inter accolentis ignobilia sunt. Propter oppi per alia duo meatus exit in libuncā. In asturū littore Noe<sup>e</sup> ga est oppidum: & tres aræ: quas festianas uocant: in peninsula sedent: & sunt augusti nomine sacrae: illustrantq; existimat<sup>e</sup> terras ante ignobiles. At ab eo flumine: quod saliam uocat<sup>e</sup> incipiunt orga pulsati recedere: & latæ adhuc hispaniæ magis magisq; spatia contrahere: usq; adeo semet & terras angustantibus: ut earum rerum spacium inter duo maria dimidio minus sit: qua Galliam tangunt: q; ubi ad occidente littus exporrigunt. Tractum Cantabri & uarduli tenent.

Cantabrorum aliquot populi amnesq; sunt: sed quorum nomina nostro ore concipi nequeant per eundem: & salenos: saurium: Per autrigones & origenes quosdam ne sua descendit: & deinceps duplex triciū tobolicum attingit & deinde Iturissam & easonem: & magrada. Varduli una gens hinc ad pyrenei iugi promontorium pertinens claudit hispanias. Sequitur galliæ latus alterum: cuius ora pri-

H. lege. Dena Tritum Toboli. x. Origenes nō nihil cur attingit. teste badiano plini lib. 3. c. 3. eoz memori ad differendas totum Tritum. Me falli duplex n. est Tritum. T. p. systrum. Ioneo et

fatuas. a.

v. plini lib

lege Amm.

lib. 15.

lib. 4.



clarissimi sunt ausci Celtarum hedui. Belgarū treueri. Vr  
 besque opulentissimæ in treueris augusta. In heduis angu  
 studunū. In auscis elusaberrim. Garūna ex pyreneo mon  
 te delapsus nisi cum hyberno imbre aut solutis niuibus in  
 tumuit: diu uadosus: & uix nauigabilis fertur. At ubi obui  
 us oceanii exæstuantis accessibus adauctus est: iisdemq; re  
 tro remeantibus suas illiusq; aquas agit: aliquantum ple  
 nior & quāto magis procedit: eo latior fit ad postremum  
 magni freti similis, nec maiora tantum nauigia tolerat: ue  
 rum ēt more pelagi sæuentis exurgens iactat nauigantes  
 atrociter utiq;: si alio uentus alio unda præcipitat. In eo est  
 insula Antros nomine: quam pendere & attolli aquis in  
 crescentibus ideo incolæ existimant: quia cū uideatur edi  
 tor, aquis obiacet: ubi se fluctus impleuit, illam operit: nec  
 ut prius tantum ambit: & q; ea quibus ante ripæ: collesque  
 ne cernerentur obstiterant: tunc uelut ex loco superiore p  
 spicua sunt. A Garumna exitu latus illud incipit terræ p  
 currentis in pelagus: & ora cantabricis aduersa littoribus  
 aliis populis media eius habitantibus: ab santoni adosif  
 cernentes. mjos usq; deflexa. Ab illis. n. iterum ad septentriones frōs  
 littorum respicit: pertinentq; ad ultimos gallicarū gentiū  
Morinos: nec portu: quē gesoriacū uocant: quicquā habēt  
 notius. Rhenus ab alpibus decidens prope a capite duos  
 lacus efficit uenetū & acronjum. Mox diu solidus: & cer  
 to alueo lapsus haud procul a mari huc & illuc disp ergit. Sed ad sinistrū amnis ēt tum & donec effluat Rhenus, ad  
 dexterā primo angustus & sui similis: post ripis longe ac

a. Agnus inter fontes  
 atq; ēt Rhodani fha  
 bitant Helveti ho  
 dia Surzoni quoq; est  
 prope & tremu inclita  
 hispalea. testa Badi

hodie  
 Tercima pa  
 Lutetia  
 ex rete ex gy  
 io insignt  
 ielmo Indeo  
 mmo. pre ba

hodie  
 uocat  
 magna  
 bern  
 cala  
 Autun

late recedētibus iā nō amnis, sed ingēs lacus ubi cāpos im  
 pleuit fleuo dicit, eiusdēq; noīs insulā āplexus fit iterum  
 actior; iterūq; fluuius emittitur.

 Ermania hinc ripis eius usq; ad alpes: a meridie  
 ipsis alpibus ab oriente sarmaticarum confinio  
 gentium: qua septētrionē spectat: oceanico litto  
 re obducta est. Qui habitant immanes sunt animis atq;  
 corporibus & ad insitā feritatē uaste utraq; exercēt: bellan  
 do animos: corpora ad cōsuetudines laborū maximo fri  
 gore nudi agūt: anteq; puberes sint: & lōgissima apud eos  
 pueritia est: uiri sagis uelantur aut libris arborum: quāuis  
 sæua hyeme nandi non patientia tantū illis, studium ēt est,  
 bella cum finitimis gerunt: causas eorum ex libidine accer  
 sunt: neq; imperitandi prolatandiq; quæ possident, Nam  
 ne illa quidem enixe colunt; sed ut circa ipsos quæ iacēt ua  
 sta sint. Jus in uiribus habent adeo: ut ne latrocinii quidē  
 pudeat, tantum hospitibus boni: mitesque supplicibus: ui  
 ctu ita asperi incultiq; ut cruda etiam carne uescantur: aut  
 recenti aut cum rigentem in ipsis pecudum ferarumq; co  
 riis manibus pedibusq; subigendo renouarunt. Terra ip  
 sa multis impedita fluminibus. Multis montibus aspera:  
 & magna ex parte syluis ac paludibus inuia. Paludū Sue  
 sia. Mesia & melsiagum maximæ. Syluarum hercynia &  
 aliquot sunt: quæ nomen habēt: sed illa dierum sexaginta  
 iter occupās ut maior aliis: ita & notior. Montiū altissimi  
 Taurū & Rhetico: nisi quorū noīa uix ē eloq ore roma  
 no. Amniū i alias gētes exeuntiū Danubius & Rhodanus

h ii



In Rhenum mœnis & lupia. In oceanum amisius, uisurgis, & albis clarissimi. Super albim codanus ingens sinus magnis paruisq; insulis refertus est. Acre mare quod gremio littorum accipitur: nusquam late patet nec usquam mari simile: uerum aquis passim interfluentibus: ac s̄aepē transgressis uagum atque diffusum facie amnium spargitur. qua litora attingit, ripis contentum insularum non longe distantibus & ubique pene tantundem: ut angustum & par freto curuansque subinde se longo supercilio inflexum est. In eo sunt Cymbri & teutoni. ultra ultimi germaniae hermiōes. *Sarmatia intus quam ad mare latior* ab iis quae sequuntur *Visula amne discreta*: qua retro abit usque ad Istrum flumē immittit. gens habitu armisque particae proxima. uerum ut coeli asperioris ita ingenii. non se urbibus tenent: & ne statis quidē sedibus: ut inuitauere pabula. ut cædens & sequēs hostis exigit: ita res opesque secum trahens semper castra habitat bellatrix. libera indomita. & usque eo immanis atque atrox: ut foeminae etiam cum uiris bella inēant: atq; ut habiles sint: natis statim dextra aduritur mamma. *Inde ex* *lege*. *Ha* pedita in ictus manus: quę exeritur. uirile fit pectus. arcus tē ut indebitis qm uti dñe. equitare. uenari. puellaria pensa sunt. ferīte hostē adulatarum stipendum est: adeo ut non percussisse pro flagitio habeatur. sitque eis pœnae uirginitas. *Inde asiae confinia ni* si ubi perpetuae hyemes sedent & intolerabilis rigor: scythici populi incolunt fere omnes etiam in unum Sagae appellati. In asiatico littore primi hyperborei super aquilo, ne Ripheosque montes sub ipso siderum cardine iacent:

*E a. hodie dñi Moschi  
sive Moschomitra.*

*Ex lo  
dex da  
Dram*

ubi sol non quotidie ut nobis: sed primum uerno æquinoctio exortus auctunnali demum occidit. & ideo sex mensibus dies: & totidem aliis nos usque continua est. Terra angusta. aprica. per se fertilis. cultores iustissimi. & diutius: quam ulli mortaliū & beatius uiuūt: *Quippe festo semper ocio* lati. non bella nouere. non iurgia. sacris operati maxime apollinis: quorum primitias delon misisse initio per uirgenes suas. deinde per populos subinde tradētes ulterioribus. moremque eum diu & donec uitio gentium téperatus est: seruasse referuntur. habitant lucos sylvasq;. & ubi eos uiuēdi satietas magisq; tedium cepit: hilares redimiti sertis semetipsi in pelagus ex certa rupe præcipiti dant. *Id eis funus eximum est.* Mare caspium ut angusto: ita longo etiam frēto primum terras quasi fluuius irrumpit: atque ubi recto alueo influxit: in tres sinus diffunditur, contra os ipsum in hyrcanum. *ad sinistram in scyticū.* ad dextram in eum quem proprie & totius nominis caspium appellant. omne atrox sanguinem. sine portibus: procellis undique expositum ac belluis magis quam cætera refertum: & ideo minus nauigabile. ad introeuntium dextram Scythæ, nomades freti littoribus insident. Intus sunt ad caspium sinum caspii et amazones: sed quas sauromatidas appellant. ad hyrcanum Albani & moschi: & hyrcani: In scythico Amardi & psici. etiam ad fretum debrices. Multi in eo sinu magni paruiq; amnes fluunt: sed qui famam habent ex ceraunis mōtibus uno alueo descendit duobus exit in caspium *araxes* tauri latere demissus. *quod cāpos armeniē secat: labit placidus* *lege quo ad.*

*x. pœnū*



& silens: neq; in utram partem eat: q̄q; intuearis: manif e-  
stus cū in asperiora deuenit hinc atq; illinc rupibus pressus  
& quanto angustior: tanto magis pernix. frangit se subin-  
de ad opposita cautum atq; ob id ingenti cū murmure so-  
nansq; deuoluitur adeo eitus: ut qua ex præcipiti casurus  
est: in subiecta non declinet statim undam: sed ultra q̄ ca-  
nalem habet: uehat plus iugeris spatio sublimis: & aquis  
pendentibus semetipsum sine alueo ferens. deinde ubi in  
curuus arcuatoq; amne descendit: fit tranquillus iterumq;  
per campos tacitus & uix fluens. In id littus elabitur cyrus  
& cambyses ex radicibus coraxici mōtis uicinis editi: & in-  
diuersa abeunt perq; hiberas & hyrcanos diu & multum  
distantibus alueis defluunt. post non longe a mari eodem  
lacu accepti in hyrcanum sinum uno ore perueniunt. Ia-  
xartes & oxos per deserti scythaæ ex sogdianorum regio-  
nibus in scythicum exeunt. ille suo fonte grādis. hic incur-  
su aliorum grandior: & aliquandiu ad occasum ab oriente  
occurrens iuxta Dahas primum inflectitur: cursuq; ad se-  
ptentrionem conuerso inter amardos & pescas os aperi-  
tur. Syluæ alia quoq; dira animalia uerum & tigres ferunt  
utiq; hyrcaniæ sæuum ferarum genus: & usq; eo pernix: ut  
illis longe quoq; progressum equitem consequi: nec tan-  
tum semel: sed aliquotiens etiā: cursu unde cœperit: subin-  
de repetito: solitu & facile sit. Causa ex eo est: q; ubi ille in-  
terceptos earum catulos citus cœpit auehere: & rabiem ap-  
propinquantium frustraturus: astu unū de pluribus omit-  
tit. hæ plectū accipiūt: & ad cubilia sua referūt: rursumq; &

sapius remaneant atq; idē efficiunt: donec ad frequētiora  
q̄ adire audeant: pfugus raptor euadat. Ultra caspiū sinum  
quidnā esset: ambiguum aliquandiu fuit. Idē ne oceanus  
an tellus in festa frigoribus sine ambitu: ac sine fine plecta.  
Sed præter physicos Homerumq; q̄ uniuersum orbē ma-  
ri circunfusum esse dixerunt. Cornelius nepos: ut recentior  
auctoritate: sic certior. testem autem rei. Q. a. Metellū ce-  
lerem adiicit: eumq; ita retulisse commemorat. Cum gal-  
liis proconsul præcesset. Indos quosdam a rege Sueuorum  
dono sibi datos. Vnde in eas terras deuenissent reqrendo  
cognosse ui tempestatum ex indicis æquoribus abreptos  
emensosq;: quæ intererant: tandem in germaniæ littora  
exiisse. Restat ergo pelagus. Sed reliqua lateris eiusdem as-  
siduo gelu durantur. & ideo deserta sunt. His horis quas  
angulo beticæ adhucusq; perstrinximus multæ ignobiles  
insulæ & sine nominibus etiā adiacet: sed earum: quas pte-  
rire non libeat: gades fretum attingit: eaque a continenti  
angusto spatio & ueluti flumine abscissa: qua terris ppior  
est pene rectam ripam agit. Q uia oceanum spectat duo-  
bus promontoriis euecta in altum mediū littus abducit: &  
fert in altero cornu eiusdem nominis urbem opulentam.  
In altero templum ægyptii Herculis conditoribus religio-  
ne: uetus state opibus illustre. Tyrii condidere: cur sanctum  
sit: ossa eius ibi sita efficiunt. Annorum quis manet ab ilia  
ca tēpestate principia sunt. Opes tēpus aluit. In Lusitania  
erythia: quā geryone habitatā accepimus: alieq; sine certis  
nominibus adeo agri fertiles: ut cū semel sata frumenta sint.

a. ad differentias Argoni & Palioz.  
sed huius Hercoleis Tyriis potius q̄ Egypt  
fuit teste Arianus, fratre. n.  
Diversi ex Licerone. lib. 3. Denat  
Geoz. dicit preditor Arianus lib. 3.  
ac gestis Alexandri. autore q̄ Argino



gallurende. qd gana eximis oratione  
bant. i. Vatimabantur.

Pomponii Melas

subinde recidiuis seminibus segetē nouantibus septē mi-  
nimū interim plures etiā messes ferant. In celticis aliquot  
sunt: quas quia plūbo abundant uno omnes nomine cas-  
siterides appellant. Sena in britannico mari osismicis ad-  
uersa littoribus gallici numinis oraculo insignis est: cu-  
ius antistites perpetua uirginitate sanctae numero nouem  
esse traduntur. Gallicenas uocant: putantq; ingeniis singu-  
laribus p̄ditas: maria ac uentos concitare carminibus. Seq;  
in quæ uelint animalia uertere: sanare: quæ apud alios in  
sanabilia sunt. Scire uentura & p̄dicare: sed nō nisi dedita  
nauigātibus: & in id tantū: ut se cōsulerēt profectis.

Ritānia qualis sit: qualesq; pro generet: mox cer-  
nit qui de brei b̄fina tiora & magis explorata dicent. Q uippe tā diu  
bunt trāmplex fed clausam aperit ecce principū maximus nec indo-  
mitarū modo ante se: uerū ignotarū quoq; gentiū uictor: r. ut  
propriarū rerū fidem ut bello affectauit ita triumpho de-  
claraturus portat. Cæterū ut adhuc habuimus: inter septen-  
trionem occidentemq; projecta grandi āgulo rehni ostia  
prospicit. Deide obliqua retro latera abstrahit. Altero gal-  
liam: altero germaniā spectans. Tum rufus perpetua mar-  
gine directi littoris ab tergore abducta: iterum se in diuer-  
sos angulos cuneat triquetra: & Siciliæ maxime similis:  
plana. ingens: fœcunda: uerum iis quæ pecora. q̄ homines  
benignius alant. Fert nemora: saltus ac prægrandia flumi-  
na alternis motibus modo in pelagus: modo retro fluen-  
tia: & quædam gēmas margaritasque generantia. Fert po-  
pulos regesq; populorum: sed sunt inculti omnes atque ut  
potest. L. post Augustinum H. ex Cæsaribꝫ diftatoris  
op̄s p̄supserit ut patet in ea aduentu qui eam  
noi de Sexamponijs magis ostendit. vñ q̄  
mt. huius sententia autox tradidit. teste Tanto in  
Padiang in p̄i Commetorius vita Agricola.

Casiterides m̄fusae  
xabb̄i te gōb. plumbaz  
font

huiusmodi escatos. qui efr̄s& m̄fusae

Liber Tertius.

b. Dita Hybernia hodie  
o. x. lego. se. et exemplaribꝫ refugantibꝫ oīz rescrib. lib. 5. dicta e

longius a continenti absunt: ita aliarum opum ignari ma-

gis. Tantū pecore ac finibus dites. Incertū ob decorem: an

quid aliud ultro corpora infecti: Causas autē & bella con-

trahunt: ac sic frequenter inuicem infestant: maxime impe-

ritandi cupidine studioque ea prolatandi: quæ possident.

Dimicant non equitatu modo aut pedite: uerū & bigis &

curribus gallice armati. Couinos uocant: quorum falcatis

axibus utuntur. Super britanniā Iuuerna est: pene par spa-

lio. Sed utrinq; æqualis: tractu littorum oblonga. Cœli

ad maturanda semina iniqui. Verum adeo luxuriosa her-

bis non lætis modo. sed etiam dulcibus: ut se exigua par-

te diei pecora impleant: & nisi pabulo prohibeantur: diu-

tius pasta dissilient. Cultores eius inconditi sunt & oīum

virtutum ignari quā aliæ gentes: aliquatenus tamen gnari,

magis pietatis admodum expertes. Triginta sunt orchades angu-

stis inter se diductæ spatiis. Septem hemodes contra ger-

maniam uectæ in illo sinu: quem codanū diximus. Ex iis

Codanonia: quā adhuc Teutoni tenent & ut fœcunditate

alias: ita magnitudine antestat. Q uæ Sarmatis aduersæ

sunt ob alternos accessus recursusque pelagi & quot spacia

quis distant: modo operiuntur undis: modo nuda sunt.

Alias insulæ uidentur: alias una & continens terra. In his

esse oonas: qui quis auium palustrium: & auenis tantum

alantur: esse equinis pedibus hippopodas: & Satmalos q̄

bus magnæ aures & ad ambiendum corpus omne patulæ;

nudis alioquin proiecti sunt. præterquā quod fabulis tra-

ditur auctores etiā quos sequi non pigeat: inuenio. Thule

i. Hodie dita Island.

+. Dita hodie 2. v. lege pro ueste.

longius vi. se

recaz in apō

& theofsi

J. Claudy

VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

GREDOSUSAES

belgarū littori apposita est graiis & nostris celebrata carni  
nibus. In ea q̄ sol longe occasurus exurgit breues utiq; no  
ctes sunt: sed per hyemē sicut alibi obscuræ æstate lucidæ:  
q̄ per id tēpus iam se altius euehens q̄q ipse non cernatur  
uicino tamen splendorē proxime illustrat: per solsticiū ue  
ro nullæ: q̄ tum iam manifestior non fulgore modo: sed  
sui quoque partem maximam ostēt. Talge in caspio ma  
ri sine cultu fertilis: omni fruge ac fructibus abundās. Sed  
uicini populi quæ gignuntur attingere nefas: & pro sacrile  
gio habent: diis parata existimantes: diisque seruanda. Ali  
quot & illis oris: quas desertas diximus: æque deserte adia  
cent: quas sine propriis nominibus scythicas uocāt. Ab iis  
in eorum recursus inflectitur: inque oram terræ spectantis  
orientem pertinet. Hæc a scythico promontorio apposi  
ta primū oīs quæ est in uia: deinde ob immanitatem habi  
tantium inculta. Scythæ sunt androphagæ & Sagæ distin  
cti regione: quia feris scatet: in habitibili: uasta deinde ite  
rum loca belluæ infestat: usq; ad montem mari imminentē  
nomine thabim. Longe ab eo Taurus attollitur. Seres in  
tersunt genus plenū iusticiae & cōmercio: q̄ rebus in solitu  
dine relictis absens peragit.

**N**otissima India non eoo tantū apposita pelago  
sed & ei quod ad meridiē spectas idicū diximus  
& hinc tauri iugis; ab occidēte inde finita: tantū  
spatium littoris occupat quantum per sexaginta dies no  
ctesq; uelificantibus cursus est. Ita multū a nostris abducta  
regionibus: ut in aliqua parte eius neuter septentrio appa

reat: aliterq; quā in aliis oris umbræ rerū ad meridiē iacēt:  
Cæterū fertilis: & uario genere hominum aliorūq; anima  
lium scatet. Alit formicas non minus maximas canibus:  
quas more gryphorum aurū penitus egestum cū summa  
pernicie attingentium custodire cōmemorant. Immanes  
& serpentes aliqui: ut elephantes morsu atque ambitu cor  
poris afficiāt tā pinguis alicubi & tā feracis soli: ut in eā ella  
frondibus defluāt. Lanas syluæ ferat. Arūdinū fissa ī terno  
dia ueluti nauitas binos & qdā ternos ēt uehant. Cultorū  
habitus moresq; dissimiles. Lino alii uestiuntur aut lanis  
quas diximus. Alii ferarū auiūq; pellibus: pars nudi agunt:  
pars tantū obscena uelati. Alii humiles paruiq;: alii ita p  
ceri & corpore ingētes: ut elephantis etiam & ibi maxi  
mis sicut nos equis: facile atq; abiliter utantur. Quidam  
nullū animal occidere. nulla carne uesci optimū existimāt  
Quidam tantū pisces alunt. Quidam proximi parentes  
priusquā annis aut ægritudine in maciem eant: uelut ho  
stias cædunt cæsorūq; uisceribus epulari fas & maxime piū  
est. At ubi senectus aut morbus incessit: procul a cæteris  
abeunt mortēque in solitudine nihil anxii expectāt. Pru  
dentiores: eis quibus ars studium sapientiæ contingit: nō  
expectant eam: sed ingerendo semet ignibus lāti & cū  
gloria arcessunt. Vrbium quas incolunt sunt autem plu  
rimæ. Nisa est clarissima & maxima. Montiū Meros Io  
ui sacer. Famam hinc præcipuam habent. In illa genitum.  
In huius specu liberū arbitrant' eē nutritū: unde græcis au  
ctoribus: ut femori Louis isutū diceret: aut materia ingef



sit: aut error. Oras tenent ab Indo ad gangem Palibotri.  
 a gange ad Tolidam Nisii. ubi magis q̄ ubi habitat: exæstu-  
 at: atre gentes. & quodāmodo æthiopes. Ab iolide ad cu-  
 dum recta sunt littora: timidiq; populi & marinis opibus  
 affatim dites. Tamos promontorium est: quod Taurus at-  
 tollit, collis alterius partis angulus initiumq; lateris ad me-  
 ridiem uersi. Ganges & Indus amnes. Ille multis fontibus  
 in hæmodo Indiæ monte conceptus: simul unum alueum  
 facit: fit omnium maximus & alicubi latius: quando angu-  
 stissime fluit: decem milia passuum patens. In septem ora  
 dispergitur. Indus ex monte Paropamiso exortus: & alia  
 quidem flumia admittit. Sed clarissima Cophē: acesinem  
 Hydaspen: conceptamque pluribus alueis undā lato spa-  
 cio trahit. Hinc pene gangē magnitudine exæquat. Post  
 ubi aliquot sæpe magnis flexibus cingit iugum ingens:  
 iterū rectus solidusque descendit: donec ad laeuā dextrāq;  
 se diducens duobus ostiis longe distantibus exeat. ad Ta-  
 mum insula est chryse. Ad gangem argyre. Altera aurei so-  
 li: ita ueteres tradidere: altera argentei: Atq; ita: ut maxime  
 uidetur: aut ex re nomen: aut ex uocabulo fabula est. Ta-  
 probane aut grandis admodū insula: aut prima pars orbis  
 alterius. Hyparcho dicitur: sed quia habitatur nec quisquā  
 circum eam esse traditur: prope uerum est. Contra inde il-  
 la ostia sunt: quæ uocant solis adeo inhabitabilia: ut igres-  
 sosis circūfusi aeris exanimet confessim: & iter ipsa ostia  
 rara tenet regio ob æstus intolerabiles alicubi cultoribus  
 egens. Inde ad pricipia rubri maris ptinet ipsa inuia: atque

Tamas fin Melam ad meridiem Eoam Asia protem terminat finit ad septentrationem  
 ead Thabé. sed ultra Tamam ad orientem est Siganus Magnum Lnz Judia quæ  
 ultra Gangem. post finem magnam ad mare rubrum est finis gangemus et  
 ange post ad Indum amplissimam tractus immensus melibus & populis habita-  
 tis humi oras meridionales sunt depingit ac infra de pingit Mela. & prospic-  
 tū ab oriente huc ostea ad istius finem & ad ultimā redit multiplex

deserta, humus, cineri magis s̄t q̄ pulueri similis. Ideoq; p-  
 eam rara: & non grandia flumina emanant: quorum Tu-  
 beronem & Arusacem notissima accepimus. Rubrum ma-  
 re græci siue quia eius coloris est. Siue quia ibi Erythras re-  
 gnauit: Eritrhā thalassam appellant procellosum: asperū  
 mare profundum & magnorum animalium magis q̄ cæ-  
 tera capax: primo recedentis oras æqualiter impellit. Et ut  
 non itret interius aliquantum patens sinus erat. Sed quas  
 ripas inflexerat bis irrumpit: duosque iterum sinus aperit  
 persicus uocatur dictis regionibus propior: Arabicus ulte-  
 rior. Persicus qua mare accipit utrinque rectis lateribus  
 grande ostium quasi ceruice complectitur. Deinde terris  
 in omnem partem uaste & æqua portione cædentibus ma-  
 gno littorum orbe pelagus incingens reddit formam ca-  
 pitis humani. Arabici & os arctius & latitudo minor est.  
 Maior aliquāto recessus: & multo magis longa latera init  
 penitus. Introrsus que dum ægyptum pene & montē ara-  
 biæ Casium attingit: quodam fastigio minus: ac minus la-  
 tus. Et quo magis penetrat angustior. Ab iis quæ diximus:  
 ad sinum persicum: nisi ubi chelonophagi morantur: de-  
 serta sunt. In ipso Carmanii nauigantium dextra positi  
 sine ueste ac fruge: sine pecore ac sedibus. Piscium cutæ  
 se uelant. Carne uescuntur: præter capita toto corpore hir-  
 suti. Inferiora Cedrosi: dehinc Persæ habitant. Cethis per  
 carmanios: supra Andanis & corios effluūt. In parte quæ  
 pelagi ostio aduersa est. Babyloniorum finēs chaldeorūq;  
 sunt: & duo clari amnes. Tigris persidi propior. Ulterior

D. 1. ex oceano in Ga. xxi. oraz iiii  
 psonz finoz manign  
 mtheng in ipso hoz  
 tho & myressa finz  
 ffari.

Pomponii Melæ:

Euphrates. Tigris ut natus est ita descendetis usque ad lit tora permeat. Euphrates immani ore aperto non exit tan tum unde oritur: sed & uaste quoque decidit nec secat con tinuo agros late diffusus in stagna diu sedentibus aquis pi ger & sine alueo patulis. Post ubi marginem rupit: uere flu uius: acceptisque ripis celer & fremens per armenios & cap padocas occidentem petit: ni taurus obstet in nostra ma ria uenturus. Inde ad meridiem auertitur: & primum sy ros: tum arabas ingressus: non perdurat in pelagus: uerum ingens modo & nauigabilis: inde tenuis riuus despectus emoritur: & nusquam manifesto exitu effluit: ut alii amnes sed deficit. Alterum latus ambit plaga: quæ inter utrumque pelagus excurrit arabia dicitur: cognomen eudæmon an gustæ uerū cinnami & thuris aliorūque odorum maxime ferax. Maiorem sabæi tenent partem ostio proximam, & carmanis contrariam partem macæ: quæ inter ostia osten ditur syluae cautesq; exasperant. Aliquot sunt in medio in sulæ sitæ. Ogyris q; in ea Erythræ regis monumentum est magis clara: q; cæteræ. Alterum sinum undiq; arabes incin gunt ab ea parte: quæ introeuntibus dextra est. Vrbes sunt Carræ & arabia & gadamus. In altera ab intimo angulo. Prima beronice inter hyeroopoliticum: & scobilum. De inde inter promontoria moronenon: & colloca Philote ris: & ptolemais ultra arsinoe: & alia beronice. Tū sylua q; hebenū odoresque generat: & manu factus amnis. Ideoq; referendus: q; ex nili alueo dioryge adductus extra sinu ue rū inflexū & non rubri maris pars bestiis infesta; ideoq; de

b. dioryx est fossa mame farba commixta vocabuluz apud Strab. If frequens est et apud Hieronimuz in ecclis astico.

a. legato. Cancri. ex plimo naz pmficii sunt in Arabia faclie anno fronte Dardano.

Liber Tertius.

serta est. Partem pañchæi habitant hi quos ex facto: quia serpentibus uescuntur ophiophagos uocant. Fuere inter rius pygmæi minutum genus: & q; pro satis frugibus con tra grues dimicando defecit. Sunt multa uolucrum: mul ta serpentum genera. De serpentibus memotandi maxi me: quos paruos admodum & ueneni præsentis certo anni tempore ex limo concretarum paludiū emergere in ma gno examine uolantes ægyptum tēdere: atque in ipso in troitu finium ab aubus. Quas ibidas appellant: aduerso agmine excipi: pugnasque confici traditum est. De uolu cribus præcipue referenda Phœnix semper unica. Non enim coitu concipitur partuue generatur: sed ubi quin gentorum annorum æuo perpetuo durauit super exageratam uariis odoribus struem sibi ipsa incubat: soluitur que. Deinde putrescentium membrorum tabe concrescēs ipsa se concipit: atque ex se rursus renascitur. Cum adole uit ossa pristini corporis inclusa myrrha ægyptum expor tat atq; in urbem: quam solis appellant: fragrantibus nar do bustis inferens memorando funere cōfecrat. Ipsum p montorium: quo id mare clauditur a ceraunis saltibus in uium est. Aethiopes ultra sedent. Meroeni habent terram quam Nilus primo ambitu amplexus insulam facit. Pars quia uitæ spaciū dimidio fere: q; nos longius agunt Mac robii. Pars quia ex ægypto aduenere dicti automolæ pul chri forma & qui corporis parumque ueneratores ueluti optimarū alii uirtutū. In illis mox est cui potissimum pa reant specie ac uiribus legere: apud hos plus auri: q; psis est.

2. ægyp corporis.

2. albumi virtutuz.



Αλίον τραπεζα - 1. folij mensa  
Lugus et membra Herodot. lib. 3.  
vi. Caelum. lib. 16. lectio. antiqu.  
Pomponii Melæ.

Ideo quod minus est preciosius censent. ære exornantur.  
Auro uincula sonitum fabricant. Est locus apparatus epu-  
lis semper refertus. & quia: ut libet uesti uolētibus licet: he-  
liu trapezam appellant: & quæ passim apposita sunt. affir-  
mant innasci subinde diuinitus. Est lacus quo perfusa cor-  
pora quas iuncta pernitēt. Bibitur idem: adeo est liquidus  
& ad sustinenda quæ incident aut immittuntur: infirmus  
ut folia etiam proximus decisa frondibus: non innatantia  
ferat sed passim & penitus accipiat. Sunt & saeuissimæ fe-  
ræ omni colore uarii lycæones: & quales accepimus spin-  
gas. Sunt miræ aues cornutæ. Tragopomenes & equinis  
auribus & Pegas. Cæterum oras ad Eurum sequentibus  
nihil memorabile occurrit. Vasta oia uastis præcisa mon-  
tibus. Ripæ potius sunt: quā littora. Inde ingēs & sine cul-  
toribus dubium aliquandiu fuit: esset ne ultra pelagus cape  
ret ne terra circuitum: an exusta fructu sine fine africa se  
extenderet: rerum & si Hannō carthaginensis exploratū  
missus a suis. Cum per oceani ostia exislet: magnam partē  
eius circunuectus: non se mari sed commeatu defecisse me  
moratu rettulerat. Et Eudoxus quidam auorum nostrorū  
temporibus cum lathyrum regem Alexandriae profuge-  
ret: arabico sinu egressus per hoc pelagus: ut nepos affir-  
mat: gades usque peruectus est. Ideo eius oræ nota sunt ali-  
qua. Sunt autē trans ea quæ modo deserta diximus muti-  
populi & qbus pro eloquio mutus est. Alii sine sono liguæ  
Alii sine linguis. alii labris et co hærētibus: nisi q sub nari-  
bus est fistula est: per quam bibere auent. Sed cū incessit li-

go. b. plm. lib. 2. c. 69.]

### Liber Tertius.

bido uestendi: grana singula frugum passim nascentium  
absorbere dicuntur. Sunt quibus ante aduentum Eudoxi  
adeo ignotus ignis fuit: adeoq; usus mirum in modū pla-  
cuit: ut amplecti etiam flamas & ardentia sinu abdere. Do-  
nec noceret maxime libuerit. Super eos grandis littoris fle-  
xus grandem insulam includit: in qua tantum fœminas eē  
narrat toto corpore hirsutas & sine coitu maris sua spon-  
te fœcundas adeo asperis efferisq; moribus: ut quædā con-  
tineri ne reluctetur, uix uinculis possint hoc Hanno rettu-  
lit: & quia detracta occisis coria pertulerat fides habita est.  
Ultra hunc sinū mons altus: ut græci uocant: theon oche-  
ma perpetuis ignibus flagrat. Ultra mótem uiret collis lō-  
go tractu longis littoribus obductus. Vnde uisuntur paten-  
tes magis campi: quā ut prospici possint. Panum Satyro-  
rumq; hinc opinio causæ fidem cœpit: q; cum in his nihil  
culti sit. Nullæ habitantium sedes: nulla uestigia: solitudo  
in diem uasta. & silentium uastus nocte crebri ignes mi-  
cant: & ueluti castra late iacentia ostenduntur. Crepāt cym-  
bala & tympana: audiunturq; tibiæ sonantes maius huma-  
nis. Tunc rursus aethiopes: nec iam dites: quos diximus:  
(nec ita corporibus similes: sed minores incultique sunt: &  
nomine hesperio. In horum finibus fons est: quē nili esse  
aliqua credibile est. Nuchul ab incolis dicitur. & uideri po-  
test nō alio nomine appellari: sed a barbaro ore corruptius.  
aliter purum, & minora quidem: eiusdem tamen generis  
nomine animalia aliis omnibus in oceanum uergentibus solus in  
prope ahs existimari posset fons a. vadang legit  
ex re vera nō nisi barca prolatu defrimentum aht et flumen  
faretur bedatur. Dix. n. minora  
a latiniq; Nigris



incertum est. Inde colligitur nilum hoc fonte conceptum  
actumq; aliquandiu perinuia & ideo ignotum, iterū se ubi  
ad ea possit: ostendere. Cæterum spatio quo absconditur  
effici: ut hic alio cedere: ille aliunde uideatur exurgere. Ca-  
toblepas non grandis fera: uerum grande & pergrande ca-  
put ægre sustinens: atq; ob id in terram plurimum ore con-  
uersa: apud hos gignitur: ob vim singularem magis etiam  
referenda: q; cū impetu morsuq; nihil unquā sœuiat: oculi  
eos: uidisse mortiferum. Contra eosdem sunt insulæ  
dorcadès domus; ut aiunt: aliquando Gorgonum. Ipsæ ter-  
ræ promontorio: cui hespericas nomen est: finiuntur.  
Inde incipit frons illa quæ in occidentem uerges mari atlâ-  
tico abluitur. Prima eius æthiopes tenet, media nulli. nam  
aut exusta sunt: aut harenis obducta: aut in festa serpentibus.  
Exustis insulæ appositæ sunt: quas hesperidas tenu-  
isse memoratur. In harenis mons est satis de se consurgens  
uerum incisis undiq; rupibus præceps. inuius & quo ma-  
gis surgit: exilior: qui q; altius quam conspici potest usq; in  
nubila erigitur: cælum & sydera non tangere modo uerti-  
ce sed sustinere quoq; dictus est. Contra fortunatæ insulæ  
abundant sua spōte genitis & subinde aliis super aliis inna-  
scientibus nihil sollicitos alunt, beatius quā aliæ urbes excul-  
tæ. una singulari duorum fontium ingenio maxime insi-  
gnis: alterum qui gustauere risu solauuntur in mortem. ita  
affectis remedium est ex altero bibere. Ab eo tractu quæ  
feræ infestant proximi sunt. Himatopodes inflexi lentis  
cruribus quos serpere magis quā ingredi referunt. Deinde

Pharusi aliquando tendente ad hesperidas Hercule dites  
nunc inculti: & nisi q; pecore aluntur admodum inopes.  
Hinc iā lætiores agri amoeniq; saltus. Terotæ. berini ebo  
re abundant. Nigritarum getulorūq; passim uagantium;  
ne littora quidem in foecunda sunt purpura; & murice ef-  
ficacissimis ad tingēdum: & ubiq; quæ tinxere clarissima.  
Reliqua est ora Mauritaniae exterior & in finem sui fasti-  
giantis se africæ nouissimus angulus, iisdē oppibus: sed mi-  
nus diues. Cæterum solo etiam ditior: & adeo fertilis est:  
ut frugum genera non cum serantur modo benignissime  
procreet: sed quedam profundat etiam nota. Hic Antæ-  
us regnasse dicitur. & signum quod fabulæ clarum pro-  
fus ostenditur collis modicus resupini hominis imagine  
iacentis illius ut incolæ ferunt tumulus: unde ubi aliqua  
pars eruta est: solent imbre spargi: & donec effossa reple-  
antur; eueniunt. Hominum pars sylvas frequentant mi-  
nus q; quos modo diximus uagi. Pars in urbibus habitant  
quarum ut inter paruas opulentissimæ habentur procul a  
mari, gildano. dulbritania. proprius autem Sala & Lyxo  
flumini Iunxo proxima. Ultra est colonia: & fluuius gna.  
& unde initium fecimus ampelusia in nostrū iam fretū uer-  
gés promotoriū opis huius atq; atlatici littoris terminus.

Pomponii melæ Cosmographi.  
Libri Tertii & Ultimi.  
FINIS.

Quædamq; scilicet  
lib. Ptolomei 2. p. 10.  
ipse legere atq; euolvi  
ad umbilicuq; usq; ut  
per tri hanc lectio  
die penthecofes  
ta post medie nocte  
anno 1534.

© 2009 Pearson Education, Inc.

EINS

Lalydon Etolie oppidum, penultimam corrupt. Incang.  
hb. 6. Venas Lalydona fecerat, at pro britmæ sylva  
que dicitur Lalydoma product. Martialis. mida Lalydomo  
sic viscera præbuit usq. 18. Quin te Lalydomos Omnes  
viscere britanos. Silus inq Lalydomos primæ trahet agm  
na lucos. Dadiang. annotavit sed ex Cormcopia  
leptino.



Limites quædam qæ nomina præca  
mittantur & primo in Asia.

Nicomedia. mmo Lomidia

Sinixna. mmo laxmira in Turquia

Ephesns. mmo Zipo

Iesbos insula. mmo mitilim

Tarpsns. mmo Tarjo

insula Cof. mmo ctno.

Gaza in Syria mmo gazara

Jopa. Jafa.

in africa Afrimo in Mauritania hor est.  
fer.

Ampelusia gen cotes. mmo Cabo de ffmetel p'montoriz

Tingis Caesarea. mmo Tangex

Abilis columnna. mmo reptæ

Exilis iunias. alacer Zagnex

. in regno de treberem

Trinii. treberem

gippaxia portus. mmo melilla

... bugia

Hippon regis bona  
in Africa propria

Tunisius hodie Tunex  
cartago hodie Afzago  
leptis media mmo tripol. p'pmque est portus  
parua las baxas de barbaria

in Lycenensi

Lycene mmo Coxena

Arsinoe mmo bonadria

in Egypto.

Mempsh. el cayro

pelusius hodie Damietta.

. in Hispania

Nummia. mmo Soria vel locis ei propinquus

Tunisio. mmo taxazona

Sevilia piramita. signaria

Tercofa mmo Tortosa

Saguntus. mmo monriedo

Ilbilis. mmo Calatrava sed fallo

Segobriga. Segorbe. qd nō puto

Mus brenzi. omegos



Vindubesca. Vindiesca  
flaminus brigantius. sancta maria in Galicia  
Novium. sanctus Iacobus in Galicia  
portus magnus. mnr la curuña  
Onerium promontorium. cabo de finis terra  
Artabrosp portus. mnr pontevedra  
Aqua calida. mnr oxense  
Sentica. Zamora  
Angustobrica. Ciudad Rodrigo  
Lentia. Ledesma  
Haliana. monteon  
pinna Valladolid  
Sarabrus. Toro  
Obila. avila  
complutus. Alcala  
Mentefia - Jaben  
Asta. Jaben xerez  
Ulpula magna. mnr granata  
portus magnus. Almeria  
Junonis Tropius. tarifa  
Calpe. gibraltar  
Suelum. mnbella  
Sarum p'montorium. cabo de fons brete

Mibex. porcina  
Astigis - exixa  
gadira ipsa. Caliz  
Deobriga. Talamera  
Augusta gemellina. medellin  
. carpentani. Toletani

in gallia aquitania  
Burdigalia. Burdeos  
Rasimum. ruisellon  
Santones. la ruchela  
protones. montes esp.  
libratus portus. nantes  
in ligurias.

Rivomagus. mnr Biar  
Intetia. paxissins  
Iugdunum - mnr Lyon  
in celtica.

Gesoriacum namale. ciles  
Rens flaminus. el Rin  
brudis - brujas  
aquitanensis. colonia

in Germania

Treba. hamburck.  
Raui burgum. rosthork  
Abriburgum. emmerich.  
gramonvium. hamburck.  
Segodunus. mureberck.  
Vitruvium. erfordin  
Casnugis. praga  
Cimbrusa chersonesius. mme. dain dumnonius.

in Sarmatia

Taurica chersonesius. ibi capta

in Italia

Tiuum. mme papia  
Asculum mme faustus fluvius  
Septempeda mme faustus severinus  
Lanus latus. hodie cummns  
Verriens lanus. hodie lanus major.  
Venetus lanus. hodie lanus grande  
Heloredia. mme Anglesia  
Vaticannum. mme basilica sancti petri in Roma  
Insubres oliz & mme lombardi  
Lucania. hodie pars calabriae  
Ambicon. mme pisatellus.  
Cenomony. mme brixentia

forum. mme ferraria  
forum cornely mme jula  
parthenope. Naples  
patavina. padua  
centum celsus. mme initas betus.  
idruntum. orianto.

. in rezia. banaria. pomona. morico. dalm

. Taxegetum. rothil  
Dufomagus. kempten  
Aitolbriga. retifonna.  
Dacodurum. patavia  
Valoxium. villarum  
Vixumnum. indenburck.  
Viliobona. vienna  
Sauaria. gretz  
mante. moreffe  
mureola. moreck  
Volentum. parchelburck.  
tentoburgus. quing ecclesia  
epidaurus. mme ragusia.

in Grecia

motone. modon  
Corone. coron in Morea  
philipolis. trimontius



Eubœa. Nigroponte.

Erchia. lacera

pegasos. larmuro.

Thegalomice. Salomis

Caretusa. lastratoma

neapolis. lacropolis

Abdera. sperosa

Sextos. cabo de cardia

creta. Landia

Serandopolis. fassine Seria.

corixia. in epizo ipsula. corfu

Aphipolis. angelus sanctus.

Ieucas. hodie homomont.

Itaca. hodie di valde compaxe

Cefalonia nbi est mons leo di scopulus sancti Simeonis

Grophades. estunfaria

Melos ipsula. miletia.

Bulus. la belona

Egæum mare. alcapielago.

J





UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA  
GREDOS USAL.ES